



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod submersio illa imaginum quantumcunque cum hymnis & ca[n]ticis
agatur, pertinet ad in iuria[m] sanctoru[m], & est actus superstitiosus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

TRACTATUS

communem : que secundum Augustinum pro lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum & superstiosum : quia in exterioribus solum consistens ad interiorum Dei cultum non pertinet . Vnde Augustinus in libro de vera Religione inducit quod dicitur Lucę .xvii . Regnum Dei intra vos est : loquitur contra superstiosos qui secundum exterioribus principalem curam inpendunt . Hęc beatus Thomas .

Quod submersio illa imaginum quantumcumque cum hymnis & canticis agatur, pertinet ad iniuriam sanctorum, & est actus superstiosus .

Constat autem quod submergere imaginem beati Petri non pertinet ad Dei gloriam qua laudatur dominus in sanctis eius, sed ad vituperium & iniuriam, neque secundum Dei Ecclesieque ordinationem,

que ordinavit quod imagines sanctorum adorentur vt infra dicetur. Sed econtra nulla gens neque patria communiter talia agere attentavit vnquam: ergo concludendum est quod actus ille per omnia est malus & superstitiosus, quod si aliquid numinis in simili obseruantia adest: theologi viri Religiosi atque deuoti deberent istam obseruantiam magis cognoscere & custodire. Cuius oppositum inuenitur: quia dissuadent illam: reprobant & prohibent: ergo talis ritus transit in superstitionem que nihil aliud est quam vana religio: vt supradictum est. Dicitur autem vana: quia caret ratione & effectu. Vnde magister Iohan. de gerson. de directione cordis parte.iii. ponit hanc regulam dicens.

Ponitur regula generalis ad cognoscendum quis sit actus illicitus, vel superstitiosus.